


BD28
.W5
1906



1020165836

\$ 5⁰⁰

INSTITUTIONES PHILOSOPHICAE

AUCTORE

C. WILLEMS,
S. THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE,
PHILOSOPHIAE IN SEMINARIO TREVIRENSI PROFESSORE.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

1896.

BD28
•WS
1906

Imprimatur.

Treviris, in festo s. Thomae Aquinatis, die 7. Martii 1906.

Dr. Al. Reuss, *R.*

Vicarius generalis.

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO

MICHAELI FELICI DR. KORUM

EPISCOPO TREVIRENSI

SCIENTIARUM FAUTORI ATQUE AMATORI

QUINTUM LSTRUM EPISCOPATUS SUI FELICITER PERAGENTI

IN SIGNUM

AMORIS FILIALISQUE DEVOTIONIS

HOC OPUS SIT DICATUM.



BD28
- WS
1906



FONDO
ACERVO GENERAL

1856 - 1919

Lectori!

Lectiones philosophicas, quas ex novem annis in Seminario Episcopali Trevirensi habui, anno 1899 in utilitatem auditorum meorum primum imprimendas curavi. Nunc vero, copiâ exemplarium exhaustâ, eas quoad substantiam et ordinem materiae vix immutatas in utilitatem omnium philosophiae studiosorum edere constitui.

Fateor, me hisce „Institutionibus philosophicis“ non novam doctrinam proponere; neque enim puto, veritatem usque ad nos homines latuisse, praesertim si agitur de veritatibus fundamentalibus, in quibus et certitudo cognitionis nostrae et vitae nostrae honestas nititur; alioquin de salute generis humani esset desperandum. Illam igitur sequor philosophiam, quae ab Aristotele, principe philosophorum, miro ingenio magna pro illo tempore eruditione est constituta, quae a scholasticis, praesertim vero ab Alberto Magno eiusque discipulo s. Thoma Aquinate, diligentius examinata, explicata atque erroribus expurgata, tanquam fundamentum rationale fidei christianaus usque ad nostrum tempus propagata est, omnes superans vicissitudines temporum et falsae philosophiae retundens impetus.

Hanc autem veterum philosophiam ita trademus, ut neque leviter ab eorum sententiis discedamus, neque serviliter omnibus eorum placitis consentiamus, si quid melius veriusque scientia nostrae aetatis invenerit. In primis vero nobis in animo fuit, veterum doctrinam cum sententiis aliorum philosophorum, praesertim nostri temporis, necnon cum iis, quae scientiae naturales certo probaverint, comparare, ita ut hisce voluminibus „nova et vetera“ proponantur. Inde est, quod quaestiones illas, quae spectant ad historiam philosophiae vel ad scientias naturales vel ad eas res, quas veteres minus tradiderint, fusius forte ac latius, quam aliquibus, saltem pro libro manuali, necessarium sive iustum videatur, exposuerim. Confido igitur, has „Institutiones philosophicas“ in tanta copia librorum bonorum, imo optimorum, qui, sive latino sive patro sermone conscripti, hodie exstant, aliquid novi vel saltem nove exhibere et aliquantulum conferre ad scientiam philosophicam promovendam.

Fortasse quispiam mirabitur, me linguam latinam ad philosophiam explicandam adhibere. Non diffiteor, in hac re aliquam pro multis lectoribus posse inesse difficultatem. Attamen hoc opus ad illos spectat, qui artibus scientiisque ingenuis sunt imbuti ac proinde linguam latinam, quae apud omnes gentes christianas usque ad nostrum tempus fundamentum est studii

superioris, non ignorant. Accedit, quod, ubicunque s. Theologia latine traditur, ut in multis seminariis tum saecularibus tum regularibus mos est, philosophia ei viam praeparare debet quaestiones fundamentales latine explicans. Profecto esset timendum, ne usus et ipsa notitia linguae latinae paulatim evanesceret, si nulla iam disciplina latine traderetur, ita ut etiam fontes praecipui scientiae et philosophicae et theologicae, i. e. opera Ss. Patrum et Scholasticorum, brevi negligenter, quod, teste historia, scientiae christianaem semper maximo fuit detimento et viam praeparavit perniciosis tum in philosophia tum in rebus fidei erroribus. Deinde vix ulla scientia habetur, quae tam facile tamque utiliter latine tractari possit, quam philosophia, quippe quae sit scientia omnium maxime universalis ac proinde internationalis, quemadmodum etiam lingua latina, ex qua quasi omnes termini „technici“ philosophiae desumpti sunt. Quid quod usque ad decimum octavum fere saeculum omnes scientiae plerumque latino sermone tradebantur, ita ut opera omnino „classica“ scientiae non modo philosophicae, sed etiam mathematicae et naturalis latine scriberentur? Sic Baco, Cartesius, Spinoza, Leibnitz, Kopernicus, Newton, Keppler, W. Harvey, Linné, Euler, Gauss multique alii scientiarum principes lingua latina utebantur; erat enim lingua internationalis „rei publicae literatorum“. Neque in hac re ulla erat differentia inter catholicos et protestantes. Unde non est mirum, quod primus congressus philosophiae internationalis, anno 1900 Parisiis habitus, linguam aliquam omnibus philosophis, immo omnibus scientiis communem valde commendaverit, et societas virorum in scientiis excellentium internationalis nuper sit constituta ad linguam internationalem, omnibus literatis communem, eligendam.¹⁾ Haec autem, ni fallor, alia esse non poterit nisi lingua latina, quae et copia verborum et claritate dictionis praestans est, quae quasi mater est et nutrix linguarum modernarum, et ut lingua emortua non iam subest continuae mutationi nostrarum linguarum ac proinde aptissima videtur ad conceptus fundamentales atque immutabiles omnium scientiarum exprimendos.

Neque vero is sum, qui linguam maternam ex philosophia exulare velim; absit. Sed iam abundant libri philosophici patrio sermone conscripti, ut infra videbimus. Deinde aliud est, cursum philosophiae ordinarium tradere, aliud autem, quaestiones pro nostro tempore oportunas sive necessarias ad utilitatem tum philosophorum tum etiam non-philosophorum discutere, qua in re saepe non solum soliditas doctrinae et logica consequentia, sed etiam ornatus quidam elegantiaque sermonis magni momenti esse solet. Immo etiamsi cursus ordinarius philosophiae traditur, in quo primarie agitur de veritate et claritate doctrinae, nihil obstat, quominus saepe lingua materna adhibetur, praesertim si quaestiones ad historiam sive ad scientias naturales spectantes explicandae sunt. Inveniuntur instituta, in quibus liber manualis, latine quidem conscriptus, patrio tamen sermone explicetur, ita ut hoc modo utraque lingua addiscatur sive perficiatur, simulque materia, utrâque lingua tradita, facilius pleniusque intelligatur.

Non me fugit, materiam in duobus hisce voluminibus congestam decursu unius anni pertractari non posse. Propterea signo asterisci in indice illas

quaestiones notavi, sine quibus vix sufficiens notitia philosophiae haberi possit. Quodsi aliae quaestiones omittuntur vel solum leviter tanguntur, si insuper ea, quae litteris minusculis impressa sunt, obiter leguntur et solum ea quae magis praecipua apparent argumenta retinentur, facile erit, uno anno materiam sic limitatam percurrere. Quodsi maius spatium temporis praesto est, vel si quis profundorem philosophiae cognitionem acquirere voluerit, materiam abundantem hic inveniet necnon fontes multos indicatos, quos poterit adire. Nolui textus longiores ex auctoribus citatis afferre, ne volumina nimis augerentur. Praesertim suppono, opera s. Thomae, in primis eius Summam theologicam et contra gentiles, omnibus lectoribus prae manus esse, quare textus eius solum indico, non autem nisi rarissime et paucis verbis expresse cito.

Methodum veterum, totam materiam thesibus quibusdam proponendi et difficultatibus illustrandi, retinendam esse putavi, siquidem aptior mihi videtur ad docendum et discendum. In argumentis proponendis magis claritatem et soliditatem doctrinae, quam copiam et venustatem dicendi curandam esse censui. Singula argumenta breviter et perspicue, quantum potui, proposui, ita ut mutuo sese illustrent atque confirment.

Hisce habes, benigne lector, totam rationem huius libri, quem spero Tibi fore utilem nec honore scientiae philosophicae prorsus indignum.

¹⁾ Cfr. Revue Néo-Scolastique, 1905, p. 479 sq.

Status praesens philosophiae, praesertim peripatetico - scholasticae.¹⁾

Ut status praesens philosophiae recte intelligatur, duplex eius fons indicandus esse videtur. Primus est *Empirismus*, quem Baco de Verulam († 1626) in philosophiam induxit. Ex quo deinde Sensismus, (Hobbes, Locke, Condillac), Scepticismus et Positivismus (Hume, Comte), Materialismus (Diderot, Cabanis, de la Mettrie aliorumque) ortus est, qui sensuum experientiam unicum fontem cognitionis habent, reicientes omnem scientiam metaphysicam i. e. cognitionem rerum suprasensibilium, imo tandem omnia, et phaenomena spiritualia, ex materia pura eiusque motu mechanico explicant.

Alter fons est *Idealismus*, quem Cartesius († 1650) docuit, qui experientiam sensuum non habuit tanquam proprium fontem verae cognitionis, sed solum animae nostrae pure spiritualis conscientiam per ideas nobis a Deo inditas. Ex qua doctrina deinde Occasionalismus necnon Spinozae Pantheismus et Leibnitii Idealismus obiectivus originem duxit.

Utrumque illum fontem et Empirismi et Idealismi deinde *Kantii* philosophia quodammodo coniunxit statuens nos non cognoscere, nisi quae per sensus aliquo modo nobis innotescunt, attamen per formas cognoscendi nobis inditas, ita ut tota cognitio *objective* dependeat a mente nostra cognoscente. Sed ex *Kantii* systemate iterum prodierunt tanquam ex radice communis et *Idealismus pantheisticus* (subiectivus *Fichtei*, *objективus Schellingii*, *logicus Hegelii*), et *Materialismus* (*Feuerbach*, *Strauss*, *Vogt*, *Moleschott*, *Büchner* etc.); deinde *Positivismus Neo-Kantianorum* et *extremus Phaenomenalismus*, qui, negans omnem metaphysicam, solum facta conscientiae propriae habet certa; de quibus sententiis infra p. 250—314 plura dicentur.

Hodie vero, Materialismo sive *Monismo materiali* quasi devicto, Idealismus iterum mentes occupat; et est Idealismus tum subiectivus, quia docet,

¹⁾ Cfr. Merten, Über d. Bedeutung d. Erkenntnislehre des hl. Augustinus und des hl. Thomas von Aquin für den geschichtl. Entwicklungsgang der Philosophie, Trier 1865; Philos. Jahrb., 1888, pag. 1 sq.: Gutberlet, Die Aufgabe der christl. Philosophie in der Gegenwart; Mercier, Les origines de la psychologie contemporaine, 1897; Revue Néo-Scolastique, 1900, Le bilan philosophique du XIX^e siècle; Domet de Vorges, La philosophie thomiste pendant les années 1888—1898; Commer, Die immerwährende Philosophie, 1899; de Wulf, Introduction à la philosophie Néo-Scolastique, 1904.

primum obiectum cognitionis nostrae non esse obiecta transcendentia, sed determinationes quasdam propriae conscientiae; tum metaphysicus, qui censet, omnes res in se esse spirituales, immo non esse nisi apparentias entis absoluti in se spiritualis. Est igitur *Monismus spiritualis*; differt autem a Monismo prioris aetatis eo, quod plerique censent, principium absolutum in se primarie non esse intellectum, sed esse voluntatem, *eamque sese continue evolvere, unde totum systema nomen habet Voluntarismi sive pessimistici, si mundum habent in se pessimum, ut Schopenhauer et E. v. Hartmann eorumque discipuli, sive optimistici, si confidunt, mundum in se esse optimum et bonum universale ex evolutione voluntatis absolutae oriri, ut Paulsen, Wundt, Höffding aliique multi.*

In medio dicitur: larum sibi oppositarum sententiarum de natura di ipsius, quas Empirismus et Idealismus statuant, quam nostram facimus, philosophia peripatetico-ognitionis et sensitivae et intellectivae vindicat simulque statuit distinctionem substantialem inter piritum et materiam, ita tamen ut omnia a Deo ultimo fine intrinsecus dependeant. Docet igitur e verum Realismum, verum Dualismum simulque tur philosophia, ab Aristotele (il maestro di quelli ntiis omnium philosophorum veterum, praesertim tonis formata, iam apud veteres in summa erat) tum a Mohammedanis, tum a Iudeis, tum a uam sola vera philosophia. A scholasticis, praesertim Thoma Aquinate, postquam ab erroribus, quistis fuit foedata, purgata est, cum doctrina christiana, ita ut illo tempore plenus consensus inter re aurea aetas nunquam forte reditura.

melanchthon, intimus eius amicus¹ et cooperator praecipuus, Stagiritae philosophiam vocat τὴν γνησίγ φιλοσοφίαν, eamque in scholis protestantium induxit, in quibus usque ad philosophiam Wolffianam et Kantianam sola fuit recepta et legitima.²⁾ In ecclesia autem catholica eiusque institutis semper vigebat philosophia scholastica, quam viri ingenio et sagacitate mentis praestantes, magis explicabant atque perficiebant, ut Aegidius Romanus, Hervaeus Natalis, discipuli s. Thomae, Capreolus, „princeps Thomistarum“, Cajetanus, Dominicus Soto, Franciscus Vittoria, Fonseca, Toleto, Vasquez, Suarez aliique multi. — Qui scholasticis subtilitatem et inutilitatem quaestionum, necnon barbariem linguae latinae probrant, obliviscuntur, haec opprobia non doc-

¹⁾ Epist. ad Joh. Lange 1516: „Nisi caro fuisse Aristoteles, vere diabolum eum fuisse non puderet asserere“. Cfr. Raumer, Geschichte d. Pädagogik, 1877⁵, I, 105.

²⁾ Zeller, Gesch. der deutschen Philosophie, 1875², p. 32—35.